



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De patientia & consolatione morientis. tit. 247

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

Quarto, hoc ponderare debent Catholici quod major est necessitas morienti, ut sine sacramento Euchristi moriatur in unitate Catholica, quam a sectantibus recipere sacramentum, & mori extra charitatem Catholicam. Periculosis enim est mori in odio extra charitatem, quam sine sacramento corporali. Ideo nemo in extremis patiatur se auelli ab unitate Ecclesiae, per sacramentum sectariorum, sed potius moriatur in fide sacramenti & Catholica unitate, & sic constans circa unitatem Catholicam. Nam secta regnum Dei non possidebunt, Galat. 5. & Matthaei, 5. Christus ante omnia iubet reconciliari fratres. Ex his liquet, in quo periculo moriantur, qui extra Catholicam unitatem & charitatem moriuntur: & quod nihil aut parum proderit sacramentum corrum extra charitatem Catholicam sumptum. I. Io. 4. Qui in charitate manet, in Deo manet, &c. Hanc pacem & charitatem requirit Christus in suo aduentu. Si non vult munus extra charitatem, ergo nec animam tuam &c.

*DE PATIENTIA ET CONSOLATIONE MORIENTIS.*

TITVLVS CCXLVII.



R I Mō, Christus saluator noster quoniam verus fuit homo, ideo in horto contremiscit de morte, Matth. 26. Sed confortatur ab angelo, & committit se voluntati patris. Sic omnis homo naturaliter abhorret mortem, & indiget consolatione. Primo ergo decubens lecto, & sustinens poenas gravissimas & dolores, cogitet, quod haec est diuina ordinatio, & voluntas, quae peccatum puniit in corpore, Rom. 8. Corpus corruptum propter peccatum. Et Roma 6. Stipendium peccati mors. Sic enim Deus purgat & puniit peccatum in hoc mundo, quod ante commisit. Ed. enim

enim corpus instrumentum animæ. Vult ergo Deus quod corpus sit sanum in futuro sæculo. Ideo habet patientiam in infirmitate, est enim illa ex diuina voluntate.

Secundò, Hæc autem nunc est confortatio angelica, quod scit & credit, quod D E V S propter CHRIS T V M vult sibi dare, pro hac morte, quam tolerat, vitam: ut sicut Adam illi mortem attulit, sic CHRISTVS vitam. 1. Corinth. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic CHRISTO, &cet. Secundò, quod CHRISTVS pro suis peccatis vult dare suam iustitiā, ut sicut vnius peccato constituti sunt peccatores multi, id est, propter inobedientiam Adæ, ita per vnius obedientiam iusti constituentur multi, Romanorum. 5. Tertiò, Quod Deus pro consortio hominum, rerum temporalium amissione, vita praesente, vult dare gaudium æternum, confortum angelorum, sanctorum omniū, sic quod non sunt condignæ passiones &c. Rom. 8. Hæc consolatio angelica.

Tertiò, Non erimus soli in hora mortis, id quod certissime credere debemus. Nam quando ab omnibus derelinquimur hominibus, tunc accedit CHRISTVS, accedunt omnes angeli, accedunt omnes electi. Primò CHRISTVS, qui promitterit, Matth. ultim. Ego vobiscum sum &cet. usque ad consummationem. Et Psalm. 60. Cum ipso sum in tribulacione. Accedunt quoque angeli, quibus commisit ut in manibus suis portent nos, & custodiant in omni loco contra satanam, Psalm. 90. Accedit tota Ecclesia cœlestis, orans pro commembro suo, ecclesia inquam viuentium & triumphantium, & cupit ut illis associemur, ut in fide constantes simus, orat, &cæ. Et sic non erimus soli: sed multi sunt nobiscum, licet non videamus oculis corporalibus sicut figuram habemus 4. Regum. 6. de Helisæo prophetâ, qui dixit ad seruum suum: Noli timere, Plures sunt nobiscum, quam cum illis,

556 SYMMA DOCTRINA CHRISTI.

illis, &c. Vide historiam. sic non sumus soli in morte,  
sed multi nobiscum sunt, id quod est etiam consolatio.

Quartò, Esaias capit. 9. tria commemorat de Christo, quae maxime perpendere debet moriens ad suam consolationem. Et dicit primo, Quod iugum onus, id est, conscientia quae est peccatum in conscientia, quae est grauis sarcina, pertulisti. Secundò, virgameri, id est, morrem quae est vita, quasi virga, aut correctione pro peccatis. Rom. 6. Stipendium peccati &c, exuperasti. Tertiò, sceptrum exactoris, id est, satanum in inferno, qui exigit satisfactionem pro peccato, & plenam obedientiam legis tu fregisti. Hac omnia in Iesu Christo superasti, qui in cruce vicit mortem, peccatum, infernum. Ideo dixit Simeon Lucas 2. hac perpendens: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, &c. Non ergo debet homo timere mortem, &c.

D E CHRISTIANA  
sepultura.

TITVLVS CCXLVIII.



Rimò, Articulus fidei nostrae precipuus est, quod credimus eandem carnem nostram, quam nunc gestamus, in nouissimo die resurrecturam, & glorificadum esse in vitam æternam, iuxta Apostolum, Phil. 3. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, &cet. Ideo sepultura Christiana sit cum solemnitate publica, & sic propter spem & fidem resurrectionis. Cadauer animalis non sepelitur cum honore, quia spem resurrectionis non habet. Sic Paulus scribit 1. Thessa. 4. & facit sermonem, & 1. Corint. 15. Vbi prædicat de memoria fidelium, qui spem.

furre  
pule  
recti  
S  
erat,  
ne he  
lerer  
lossia  
conc  
tura  
port  
minis  
lis, &  
Eccel  
aslini  
Sara  
lius,  
Vt cu  
tent  
ham  
Josep  
iet.  
iustu  
vitan  
Etis  
luda  
tur z  
pecc  
tatio  
nis p  
T  
con  
stor  
uun  
Mat